quatenus cognoscamus. eadem quae nobis sunt exeorum imitatione
facienda; Et nos ergo meo qui ÷ morantur credentes:
siodoretur aromata perfecta. cum opinione bonorum operum
dominum quaerimus. admonumentum profecto illius cum aromata
b; uenimus; Illae autem mulieres angelos uident. quae cum
aromatib: uenerunt, Quia uidelicet illae mentes superna scilicet
aspiciunt. quae cum uirtutum odoribus, ad dominum per sancta desideria
proficiscuntur, Notandum uero nobis ÷ quid nam sit quod in dex
tris sedere angelus cernitur; quid nam que sinistram nisi
uita praesens; quid uero per dexteram nisi perpetua uita significatur,
Unde scriptum ÷, Laeua eius sub capite meo. & dextera illius
amplexabitur me, Quia igitur redemptor noster iam presentis
uitae corruptionem transierat. per angelus qui munti
are perennem eius uitam uenerat. In dextera sedebat;
Qui stola candida cooperta apparuit. quia festiuitatis
nostre gaudia nuntiauit, Candor enim festiuitatis. splendorem nostre
denuntiat solemnitatis; Nos credicamus. an suae; Sed ut fate
amur uerius, & suae dicamus. & nostrae, illa quippe redemptoris
nostri resurrectio. & nostra festiuitas fuit; Quia nos ad immortalitatem
reduxit; Et angelorum festiuitas. & fuit Quia nos
reuocando ad celestia eorum numerum impleuit; In sua
ergo ac nostra festiuitate. angelus in albis uestibus apparuit;
Quia dum nos per resurrectionem domini ad supna
reducimur. caelestis patriae damna reparantur; Sed
quid uenientib: feminis affatur audiamus, Nolite expa
uescere; ac siqui credicat; Paueant illi qui non amant. ad
uentum superni iudicis; per amescant qui caelestibus
desideriis praessi. ad eorum se societatem pertingere posse
sperant; Vos autem. cur perameschis, Que uos conuer